

et omnia respiciebat, donec ueniret ad aperte da singulorū gazophylacia mysteriorum, aperiente eo sensus fidelium suorum, ut intelligerēt quæ latebāt, sicut euangelista ait: **Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas.** Denique quid sequitur, audiamus: **Nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.** Scilicet omnia sunt dispositio-
nis sua; omnia uoluntatis sua. Quia qui uoluntate
natus est, uoluntate & passus est. Si ergo pati noller,
non pateretur: sed si non pateretur, sanguis illius nō
funderetur: si sanguis ille non funderetur, mūdus nō
redimeretur. Agamus itaque gratias & potestati di-
uinitatis & miserationi infirmitatis eius, de occulta
potentia, quam Iudæi non nouerant, unde illis mo-
do dictum est: **Neque me nos sis, neque patrem
meum: & de carne susceptra, quam Iudæi nouerant,**
& cuius patriam sciebant. **Vnde illis alio loco dixit:**
Et me scitis, & unde sim scitis. **Vtrūq; nouerimus in**
Christo, & unde & qualis patri, & unde illo maior est
pater: illud uerbum est, illud caro: illud deus est, illud
homo: sed unus Christus, deus & homo.

DOMINICA QVIN ta in quadragesima, quæ dicitur in passione dñi. Iohan. VIII.

In illo tempore Dicebat Jesus turbis
Iudeor, & principibus sacerdotū: Quis ex
uobis argueret me de peccato? Si ueritatem
dico, quare uos non creditis mihi? Et rel.

Johan.8



Ostquā dñs Iudeos
conuicit, & eos filios
diaboli esse ostendit,
dicens: **V**os ex patre dia-
bolo estis, & desideria pa-
tris uestrī facere uultis: &
postquam (que in eadem
historia superius legunt,
quia de genere nobilitatis
gloriabātur, dicentes:
Semen Abrae sumus, &
nemini seruiuimus unq)
demonstrauit nihil pro-

delle nobilitatē carnis sine nobilitate mentis, adiun-
xit, dicens: **A**men amen dico uobis, quia om̄is qui fa-
cit p̄t̄m, seruus est peccati. Seruus aut̄ non manet in
domo in aeternū. **V**i ergo ostenderet quia si eum imi-
tari uellent, filii dei esse possent, adiūxit hoc quid in
capite huius lectionis habetur: [Quis ex uobis argu-
et me de peccato?] **Q**uis, p̄nomē infinitum, aliquā
uim interrogantis habet, aliquā abnegantis. Inter-

Psalm. 14. rogantis, sicut per Psalmistā dicitur: **D**ñe, quis habita-
bit in tabernaculo tuo: aut̄ q̄s requiesceret in mōte san-
cto tuo? **A**d quam interrogationē protinus respon-
detur, cum subditur: **Q**ui ingreditur sine macula, &

Proue. 20. operatur iustitiam. **A**bnegantis, sicut Salomon ait:
Quis p̄t̄ dicere, mūdū est cor meū, purus sum à p̄t̄o?
Et iter: In inferno aut̄ quis cōfitebitur tibi: ubi sub-
audiendū est p̄ singula, nullus. **I**ta & in hoc loco ab-
negatiue ponit, cū a dño dicitur: [Quis ex uobis ar-
guet me de peccato?] subauditur, nullus. **N**emo eu-
de p̄t̄o arguere poterat, q̄ ut peccatores à p̄t̄o sol-

Psalm. 6

uerer, in mundum absq; p̄ctō uenerat. Alij nāc̄ ho-
mines similes sibi de peccatis redarguere possunt, si-
ue de pr̄teritis, siue de futuris, quæ perpetrari pos-
sunt: dñm autem Iesum Christum nec de pr̄teritis,
nec de futuris ullus redarguere pr̄uelalet, quia carnē
quidem ex carne traxit Adam, sed tū nullam culpā
peccati ex origine traxit Adae. De queracissime Apo-
stolis Petrus ait: Qui p̄ctm non fecit, nec inuictus est 1. Petri. 2.
dolus in ore eius. Et ipse dñs de seipso: Venit ad me Johan. 14.
princeps huius mundi, & in me non haber quicquā.
Nec solum eius sancta conceptio atq; nativitas absq;
p̄ctō fuit, sed etiam om̄is eius operatio, pr̄dicatio,
atq; inter homines conuersatio ir reprehensibilis ap-
paruit, sicut ipse ait in euāgeliō: Si male locutus sum, Johan. 18.
testimoniu perhibe de malo. Et iterū: Opera que ego Johan. 10.
facio in noī patris mei, ipsa testimoniu perhibet de
me. Ut autē ostenderet eos a peccatis liberari posse,
sicut eum credere uellent, subiunxit, dicens: Si ve-
ritatem dico, quare vos nō creditis mihi? Ve-
ritas ipse est qui ait: Ego sum uia, ueritas & uita. Aſci Johan. 14.
diceret, Cū mihi q̄ ueritas sum, a patre ueritatis ueni-
ens, ueritatē uobis loquēti nō ceeditis, profecto fili-
os illius uos esse oīditis, qui ab initio mēdax fuit, &
in ueritate nō stetit, qm ueritas in eo nō est. Qui est
ex deo, verba dei audit. In his uerbis unusquisq;
uam consciētiam probare potest, uirum ex deo sit
an non. Qui em uerbū dei libenter audit, & libentius
opere cōpler, nullo modo se ex deo esse dubitet, qm
sicat dñs ait in euāgeliō: Non est arbor mala faciēs Matth. 7.
fructus bonos. Qui uero uelut durus uerbū dei
audire contēnit, uel si cum aure corporis audierit, il-
lud nullo studio uel labore in oīe mittere conatur.

profecto se ex deo non esse manifestat: quales erant
isti, quibus à dñō dicitur: **D**opterea vos nō au-
ditis, quia er dco nō estis. In quibus uerbis que-
stio oritur, q̄re dñs dicat Iudeis: **V**os ex deo nō estis,
cū alibi scriptū sit: **V**idit deus cuncta q̄ fecit, & erant
uale bona. Et iterum: **Q**ui manet in æternum, crea-
uit omnia simul. **A**d quod dicendum, quia nō negat
eos natura ex deo esse, sed uitio. **A**liud est enim natu-
ra in homine, aliud peccatum. **N**atura in homine, à
deo creata ualde bona est, peccatum à diabolo inuen-
tum est. **B**onum quippe sine malo esse potest, malū
vero sine bono esse non potest. **Q**uia priuatio boni,
nihil aliud est, nisi inuentio mali. **I**gitur conditione
ex deo erant, sed uitio ex deo non erant. **Q**uod aper-
tius cognoscimus, si paululum huius lectionis superi-
ora attēdamus. **L**egimus enim, quia eosdem Iudeos
filios Abraæ confessus est, dicens: Scio quia filii Abraæ
estis, & post pauca esse filios Abraæ negauit, subiici-
ens: Si filii Abraæ estis, opera Abraæ facite. Ergo per
propaginem carnis filii erāt Abraæ, sed per imitatio-
nē humilitatis & fidei, non erant filii Abraæ. **S**ic ergo
ut dictum est, natura ex deo erāt, sed uitio ex deo nō
erant. **Q**uod genus locutionis adeo usitatissimum est in
scripturis, ut etiam in communī locutione reperiatur.
Verbi gratia, video hoīem peccatorē, cum hoīem no-
minamus, naturam intelligimus: cū subiūgimus pec-
catorem, uitium. **S**imiliter etiā & hoīes bonos dicimus
& hoīes malos: bonos, quia à deo sunt cōdicti: malos,
quia uitiosi. **E**t dicimus angelū bonum, & angelū
malum: nō quod ipse p̄ naturā malus esse possit, sed
quod uitio se malū esse fecit. **S**ed quod dñs uerbis de
Iudeis testat, scilicet quod ex deo nō essent, ipsi de se

Eccles.

Johann.

IN QVADRAGESIMA

559

operibus manifestat. Nā ex conceptione, qua emendari debuerant, deteriores effecti sunt. Quia sicut sequitur, Responderunt, et dicerunt ei: Nonne hūdicimus nos, quia Samaritanus es tu, et demonium habes? Quod ut ad uituperationem pertineat, illos dñm demōnium habere dixisse, manifestum est. Sed quid uituperatiois habeat, qd eum Samaritanū noīauerint, propter eos, qui historiā ignorant, cōmemorādum est. Legimus em in Regno, li 3. Reg. v
bris, quod decē tribus filior̄ Israel in Samaria ad lug
gestionē Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Ira
el, relicto deo patrum suor̄, uitulos aureos & argen
teos, quos ipse in Bethel & Dan statuerat, coluerint.
Eridicrō fuscirauit dominus contra illos Salmana
sar regem Assyriorum, qui duxit eos captiuos in ex
teras nationes, ita tñ, ut in cor̄ regione alias gentes
constitueret. Quæ etiā cū ibi deos suos colerent, misit
dñs in eos pessimas bestias, ursos scilicet & leones, ad
quos morsus & plagas cū plures morerent, miserūc
muncios ad regē, dicētes: Terra, in q̄ habitamus, optimā
est, sed habitatores suos deuorat, eo quod ignore
mus legitimā dei terræ colere. Tunc rex inito consi
lio, misit unum de sacerdotib⁹ Hebraor⁹, qui eos le
gitima dei terræ colere doceret, & eo tempore ipsæ
gentes deum cæli coluerunt, nō tamē idola sua relin
quentes. Tribus autē Iuda & Beniamin, in quibus re
s de stirpe David regnabāt, sicut ei dñs promiserat
aeternam eis datur, ex semine eius in aeternum, nec
dū adhuc ductæ in captiuitatem, in Ierusalem ma
nebant. Ex quo tempore Iudæi dicti sunt, uō ut qui
tam putat, à Iuda Machabæo. Tāta igitur discordia
ver ludaos & prædictos Samaritanos excreuit, ut

540

DOMINICA VI.

nullus Iudaorum familiariter colloquiū habere
gnaretur cum eis, nec conuiuum participare, nec alii
quā societatem habere, sicut ostendit mulier Samari-

Johan. 4+

tana, quae dominos dixisse fertur, sicut in euangeliō legitur:
Quomodo tu Iudeus cū sis, bibere à me potis, qua-
sum mulier Samaritana? Non enim contundunt Iudei
Samaritanis. Quemcunque autem Iudei improprio
laceſſere uolebant, illum Samaritanum uocabat. Verū
contra dominos felle conmoti, quia nec uera mala quae ex
probrarent inuenire poterat, falsa impropria impo-
suerunt, dicentes eum dæmonium habere, & Samari-
tanum esse. Et cum in ueritate eis respondere posset,
uos dæmonium habetis, noluit, sed uerū malū quod
in ipsis esse cognouit, patienter tacuit, imitabilem no-
bis patientiam ostēdens, ut quorūcunque à proximis
iniuriis patimur, eorum uera mala patienter race-
mus, ne forte talis correptio nō ex dilectione, sed ex
uindicta nata uideatur. Respondit Iesu z domini
illis: Ego dæmonium non habeo. Notandum
tem quod duo ei opposita fuerunt, sed ipse unum ne-
gauit, alterum uero racendo consensit. Negauit se dæmo-
nium habere, non tamen negauit se esse Samaritanum
Samaritanus quippe interpretatur custos. Noluit en-
go dominos se Samaritanum esse negare, qui se nostrū no-
uerat esse custodem, illum scilicet, cui Propheta sua
fragilitatem custodiendam commendauit, cum di-ambigatu-
xit: Custodi me à domine ut pupillā oculi. Et iterum
Psalm. 16. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi. Et, non complicito
Psalm. 140. dormitabit neque dormiet, qui custodit Israhel. Et, C*ustodi autem*
Psalm. 114. stolidens paruulos dominos. Iste est enim ille Samaritanus
qui proximum suum inueniens vulneratum, alliga-
uit uulnera eius, & imponens illum in iumentum su-

psalm. 16. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi. Et, non complicito
psalm. 140. dormitabit neque dormiet, qui custodit Israhel. Et, C*ustodi autem*
psalm. 114. stolidens paruulos dominos. Iste est enim ille Samaritanus
qui proximum suum inueniens vulneratum, alliga-
uit uulnera eius, & imponens illum in iumentum su-

TIN QVADRA GE SIMA 541

um, duxit in stabulū, & curam eius egit. De quo per prophetam Isaīā dicitur: **O**nus Dūma ad me clamat Isaīā. 40.
 ex Seīr: **C**ustos quid de nocte, custos quid de nocte? Ex Seīr.
Dixit custos: **V**enit mane & nox. Si queritis, q̄rite:
 cōvertimini & uidete. **S**ed honorifico patrem
 meum, & **v**os in honorasti me. In multis locis
 euāgeliū inuenimus, filiū patrē honorificasse. Nō solū
 ēm̄ incarnationis suā mysterium ad patris gloriā re-
 torsit, sed etiam prædicationē, miraculorū ostensionē
 & infirmorū curationem, sicut ipse ait: Ego à meipso
 nō ueni, sed pater meus misit me. Et iterū: **M**ea doctri Johan. 8
 nanon est mea, sed eius qui misit me patris. Et alibi: Johan. 7
 Pater maior me est. Et iterū: **P**ater sancte, manifesta- Johan. 14
 uinomē tuū hoībus, quos dedisti mihi. Et iterū: Ego Johan. 8
 à meipso nihil facio. Et in passiōe: **P**ater, si fieri potest,
 transeat à me calix iste. **S**ed Iudæi filiū patrem hono-
 rantem in honorauerunt, quando dixerunt: **I**n Beel-
 zebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Et ite-
 rum: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es
 tu, & dæmonium habes? **E**t, **H**ic homo nō est à deo, Matth. 9.
 qui sabbatū non custodit. **E**t, **S**i non esset hic malefa Johan. 8.
 ctor, nō tibi tradidissemus eum. **E**go non quæro Johan. 9.
 gloriā meā, est qui quærat & iudicet. Cum filius
 de malta signa faceret, muīras uirtutes ostenderet,
 gloriam suam non quæsivit. **V**t nos eius exemplo in-
 structi, discamus de bono quod agimus nō gloriari,
 ne forte dirigarur ad nos illa sententia, quæ ait, **Q**uid
 superbis terra & cinis? **V**nde Apostolus gloriante in
 se præsumptionē reprimit, dicēs: **Q**uid habes qđ non
 accepisti? **S**i aut̄ accepisti, quid gloriaris quasi nō acce- Corin. 4.
 peris? **S**ed quærif̄ quare dicat: Ego nō quæro gloriā
 meā, est qui quærat & iudicet, **C**um alibi dixisse le-

Johan. 5 gatur: Pater nō iudicat quēquam, sed om̄e iudicium dedit filio: Si pater om̄e iudiciū dedit filio, quare idē filius post acceptam contumeliā dicit, [E]st qui q̄rat et iudicet.] A quod dicendū, quia iudicium in scripturis duplē significationem habet. Aliquando autem ad discretionem, aliquādo pertinet ad damnationē.

Psalm. 42

Psalm. 53 Nisi ēm ad discretionē pertineret, nequaquā Psalmista diceret: Iudica me deus, & discerne causam meā de genite non sancta. Et, Deus in nomine tuo saluum me fac. Et nisi ad condemnationē pertineret, saluator nullo modo in euangelio dixisset: Veniet hora quando mortui audient uocem filij dei, & procedēt qui bona egerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala, in resurrectionem iudicij. Ergo in hoc loco iudicium ad discretionem pertinet, cum ait: [Ego non quāro gloriā meam, est qui quārat & iudicet.] Aci diceret: Est pater meus qui discernit inter causam meam & uestram. Mittens enim deus pater filium suū in mundum, non solum à reprobis, sed etiam à iustis eius causam lōge discretā ostēdit. Alij enim cum peccato nascuntur, ille sine peccato est natus: alijs ad mensuram accipiunt spūm sanctum, in eo aut̄ habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter, sicut Iasas ait, Et requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris domini. De qua discretionē per Psalmistam dicitur: Vnxit te deus deus tuus oleo lātitiaꝝ præ partipibus tuis. Secundum uero illud iudicium, quore probi in condemnationem mittentur, pater non dicitur quenquam iudicare, sed omne iudicium dedit filio: quia iustum & æquū est, ut filius dei q̄ ab homi

Johan. 5

Isaie. 11. plenitudo diuinitatis corporaliter, sicut Iasas ait, Et requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris domini. De qua discretionē per Psalmistam dicitur: Vnxit te deus deus tuus oleo lātitiaꝝ præ partipibus tuis. Secundum uero illud iudicium, quore probi in condemnationem mittentur, pater non dicitur quenquam iudicare, sed omne iudicium dedit filio: quia iustum & æquū est, ut filius dei q̄ ab homi

Psalm. 44

nibus iniuste est iudicatus, in uniuersali iudicio iudex
niuorum & mortuorum appearat, & segreget bonos
à malis, sicut ipse ait: **Cum** fuderit filius hominis in se **Matth. 25, 31**
de maiestatis suæ, tūc congregabuntur ante eum omnes
gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor sepa-
rat oves ab hordeis. **D**e quo iudicio alibi in euange-
lio legitur: **P**otestatem dedit ei pater facere iudicium, **Johan. 5, 20**
quia filius hominis est. **E**t Apostolus: **O**mnes nos ma-
nifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat u-
nusquisque prout gessit, siue bonum, siue malum. **2. Cor. 5, 10**
Nec alii impossibile debet uideri, uno iudicii no-
mine duas habere significations, cum multa talia in-
ueniantur in scripturis. **E**st enim tentatio adducens
gloriæ, & est tentatio adducens peccatum. **E**st timor
seruilis, quem perfecta charitas foras expellit: & est ti-
mor castus, qui permanet in seculum seculi. **S**ic est &
iudicium, quod pertinet ad discretionem: & iudici-
um, quod ad condemnationem. **S**ed nec ingratus do-
minus beneficium suæ prædicationis subtrahit. **N**ā
quos per increpationem corrigi non uidebat, blan-
da promissio ad corrigendum prouocat, dicens: **A**men
dico vobis, si quis sermonem meum ser-
uauerit, morib[us] non videbit in æternum. Sem-
per enim amen in euangelio Iohannis geminatur, ut
quod dicit, credatur uerius. **Q**uæritur autem quare di-
cat, **[S]i quis sermonem meum seruauerit, morte nō**
videbit in æternū, **[c]**um legamus sanctos patres ser-
uasse domini sermonem, & in mortem corporis nullo
modo evasisse, excepto Elia & Enoch, q[uo]d quis adhuc
uiuant, morte in corporis nō euadent. **E**x quo enim
primus parens noster præceptum uitæ cōtempserit, se su-
amq[ue] sobolē conditiōi mortis substrauit, iuxta senten-
tiam

Gene. 2 tiā dñi comminantis: **Quocūq; die comederitis ex ligno sc̄iētiae boni & mali, morte moriemini.** **Et un-**
psalm. 58. de scriptura dicit: **Quis est hō qui uiuet, & non uidebit mortē?** Subauditur, nullus. **Hac aut̄ lex humanæ cōdicioni constituta est, ut qui cuuq; gustauerit uitā,**
psalm. 67 gustet & mortē, maxime cū de dñō scriptū sit: **Et dñi dñi exitus mortis.** Quare ergo dicit, [Si q̄ sermo-
 nem meum seruauerit, mortē non uidebit in æternum?] **Ad quod dicendū, quia alia est mors animæ,**
& alia corporis. **Anima nāq; per p̄fīm moriatur, sicut**
Jezech. 18 scriptum est: **Anima quæ peccauerit, ipsa morietur;**
corpus uero, ppter pœnā peccati, quia sicut ait scri-
Jacobi. 1 ptura: **Pt̄a cum consummata fuerint, generant mor-**
tem. **Vtriusq; igitur genus mortis dñs comprehēdit,**
cū dicit: Sine mortuos sepelire mortuos suos, Id est,
ut mortui animæ sepiant mortuos corporis. **Vita**
quippe corporis, anima est: & uita animæ, deus ē. **Sic-**
ut eī moriatur corpus sine anima, sic anima sine deo;
De hac ergo morte. i. de morte animæ, de morte ppe-
tua, de morte gehēnali dicit: Si quis sermonē meū seruauerit, mortē non uidebit in æternum. **Qm̄ qui**
cunq; præceptum dñi custodierit, licet in morte cor-
poris incidat, tñ à morte animæ liberabitur, canens
cum Propheta: Si ambulauero in medio umbre mor-
ris, non timebo mala, qm̄ tu tecum es. **Vnde dñs in**
Johan. 11. euangelio: **Ego sum resurrectio & uita. qui credit in**
me, etiam si mortuus fuerit, uiuer, Et om̄is qui uiuite
& credit in me, non moriatur in æternū. **Et Iohānes**
Apoca. 20 in Apocalypsi: **Beatus & sanctus q̄ habet partem in**
resurrectione prima. **In his sc̄da. i. animæ mors, non**
habet potestatem. i. qm̄ anima de uitis in hoc seculo
trāsit ad uitutes. **Quod ut facilius intelligatur, aliqd**

ponamus exemplū. Verbi gratia, qbusdam dictum est: **A**dorate idola, alioquin interficiemini. At illi magis mortē corporis timentes quām animæ, adorauerunt; & in mortem animæ inciderunt, nec tantum Psalm. 33 mortem corporis perenniter euaserunt. De talibus scriptum est: **M**ors peccatorum pessima. Alijs etiam dictum est: **A**dorate idola, alioquin mittemini in caminum ignis ardentis. Illi uero magis mortē animæ quam corporis timentes, fiducialiter responderunt, dicentes: Potēs est nos dñs de camino ignis ardētis, & de manib⁹ tuis o rex liberare. Quod si noluerit, nouum sit tibi, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quā erexisti, nō adoramus. Et ideo, quia magis dilexerūt uitam animæ, quam timuerint mortē corporis, & istam ad tempus euaserunt. Et si in camino moreretur, preciosa est in cōspectu dñi mors sanctorum eius. Sed queritur quare dixerit, [mortem] nō videbit in æternū,]cū hæc uisum potius auferat quām tribuat. Ad quod etiā respōdendū, quæ uidere in hoc loco p̄sentire uel experiri ponitur. Sicut em & fossa cæca dicitur, nō quod oculis careat, quos nunquam habuit, sed quia eos, quos intra se retinet, non uidētes facit. Et sicut tristes lupinos dicimus, non q̄ ipsi tristes uel lati esse possint, sed quia de se gustātes tristes reddūt, ppter amaritudinēs sic & mors uideri dicitur, eo quod amaritudinē suam sentiri facit. Sed quia Iudei in mortem inciderat animæ, ita ut eā minime uideret, dixerūt: **N**ūc cognouimus quia **d**æmonium habes. **A**braā mortuus est & p̄b̄heta: & tu dicas, si quis sermonē meum feruauerit, non gustabit mortem in æternū. Quomodo intellexerunt, ita & respōderunt. Ac si di

546 DOMINICA V.

cerent: Et si hucusq; indubij fuimus te dæmoniū non
 habere, nū c ueraciter credimus, cū dicis: Si quis ser-
 monem meū seruauerit, mortem non gustabit, cum
Abraam mortuuus sit.] Quod eñi dñs de morte ani-
 mæ dicebat, illi de morte corporea intelligētes, cum
 quodam iurgio responderunt, dicentes: Nunquid
tu maior es patre nostro Abraā, qui mortu-
us es? Et prophetae mortui sunt. Quem te
ipsum facis? Ac si dicerent: Nimiū extolleris, super-
 flue eleuaris, ultra modū erigeris, cum seruatores ser-
 monū tuorū **Abraæ** & prophetis præserre prasumis,
 quos constat & sermonem dñi seruasse, & tñ mortu-
 os corpore esse. Et quia temporalē gloriam nō per
 manētem uidit eos quærere, ad humilitatē sestandā
 prouocādo eos, respōdit: Si ego glorifico meipsum,
 gloria mea nihil ē. Ac si diceret: Gloria mea nihil esse
 posset, si ego meipsum glorificare uelle. Ergo gloria
 uestra nihil est, q; ab inuicem gloriā quæritis: & glo-
 riam quæ a solo deo est, non desideratis. Scriptū est
 eñi: Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, &
 non labia tua. Vnde & subditur: Est pater meus
qui glorificat me, quē vos dicitis, quia deus
noster est. Si quis historiā sancti euangelij recēserat,
 facile potest reperire, qualiter pater filii glorificaue-
 rit. Glorificauit filium pater, qñ eo baptizato uox de-
 celo intonuit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in te
cōplacui. Glorificauit etiam, qñ & corā discipulis in
 monte transfiguratus est, & eadem uox intonuit, di-
 cens: Hic est filius meus dilectus, in q; mihi bene com-
placui, ipsum audite. Glorificauit, quādo tales uirtu-
 tes & signa per eum fecit, ut ipsum hominem deum
esse ostenderet. Vnde eodem filio dicente, Clarifica-

Johan. 8

Proue. 27

Marci. 1.

Matth. 17

Johan. 17

IN QUADRAGESIMA 547

metu pater apud temet ipsum claritate, quam habui
 priusquam mundus fieret, respondit pater: **Eccl** clarifi- **Johan. 12, 2**
 ficaui, & iterum clarificabo. Clarificauit alibi filius pa- **Johan. 8**
 trem, quādo dixit: Ego à meipso non ueni, sed pater **Johan. 7**
 meus misit me. Clarificauit etiam, qñ opera & uirtu-
 tes, quas fecit, ad patris gloriam reduxit, dicens: **Mea**
 doctrina nō est mea, sed eius qui misit me patris. **Vñ** **Johan. 17**
 alibi scriptum est: Pater sancte, ego te clarificauit sup-
 terrā, opus cōsummaui quod dedisti mihi ut facerē.
Ex nulla uero causa alia magis Iudei cōtra dominū
 irascebantur, quā ex ea, quod deum illorum patrē su-
 um esse dicebat, sicut idem Iohannes alibi ostendit, cū
 dicit: Proprietary quāreabant Iudei Iesum interficere,
 quia non solum sabbatum soluebat, sed etiam patrē
 suum dicebat deū, e qualē se faciēs deo. Sed quāuis
 irasceretur, quāuis indignaretur, quāuis fremerent,
 ueritas semper tñ dicebat ueritatē, ostendens nobis,
 quia quōcūq pro ueritate scandalū nascitur, me-
 lius est ut scandalū sustineatur, quā ueritas relinqua-
 tur. **Et non cognouistis eum.** In hoc se Iudei pa-
 trem nō cognouisse ostenderunt, quia filium eius ab
 eo missum non crediderunt. Si enim patrem cogno-
 uissent, utiq & filio eius credidissent, sicut ipse filius
 eis dicit: Si deus pater uester esset, diligenteris utiq &
 me, qā deo exiui & ueni. **Bñ** etiā subditur: **Ego autem**
noui eum. Aliter em̄ filius patrē nouit, & ali-
 ter nos. Nos uero ex tempore ab illo illuminati, paꝝ
 de eius subtili natura sentimus. Alli autē nosse patrem
 est, coeternū & cōsubstantialem semp cū eo esse, sic-
 ur ipse dicit, Sicut nouit me pater, & ego agnoscō pa- **Johan. 10, 20**
 trem. **Et si direro, quia nescio eū, ero similis**
vobis mendacij. Cum enim (ut ait scriptura) omnis **Psalm. 11, 5**

homo mēdax, deus aut̄ solus uerax, sicut ip̄e ait: **Ego sum ueritas.** multo deterius Iudaī mēdaces erāt, qui filiū dei dæmonium habere dicebāt. **Sed scio eū, et sermonē eius seruo.** Ac si diceret, **Si inuisibilem deum uidere non ualeris, ex operibus, quae in nomine eius facio, me ab illo missum esse cognoscere potestis,** sicut ip̄e ait: **Si mihi non creditis, uel operibus credite.** Et iterū, **Opera quae ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonij phibent de me.** Et quia inde meū cognoscere manifesto, quia sermonē eius seruo, perfecto uos falso illū cognolcere gloriāmini, cuius precepta contēnitis. **Vñ Iohannes apostolus, Si quis dixerit, qm̄ diligere deum, & mandata eius nō custodit, mendax est.** **Abraam pater vester eruit ut videret diem meū.** vidit, et gauisus est. **Quarit fortasse aliquis, ubi uel qñ beatus Abraā patriarcha diē Christi uidisse, & gauisus esse inueniat.** Sed si eius opera diligenter inspicimus, & ea spiritualiter cōsideramus, citius cognoscimur, ubi uel qñ diem Christi uiderit, & gauisus sit. Legimus em̄ in Genesi, quia cum esset senex prouectusq̄ ætatis, seruū seniorem domus suā uocauit ad se, & ait illi, **Mirte manum tuā sub semore meo, & iura milii per deū cæli, quod non accipias uxorē filio meo de filiabus Chanaan, inter quos habito, sed p̄fici scaris ad terram & cognitionē meam,** & inde filio meo Isaac accipias uxorē. Quid sibi uult talis adiuratio? Quid de cæli ad femur Abraæ pertinet, aut femur Abraæ ad deū cæli? Si aut̄ p femur, ut quid per deum? Et si per deū, ut quid per femur ad iuravit? Nimirum per femur, propago carnis designatur. Cū igitur seruū per deū cæli & femur adiurauit, oñdit q̄ intellexit illū de stirpe sua nascitur, q̄ sic ad

Johan. 10.

I. Johan. 2.

Genes. 24.

T IN QVADRAGESIMA 549

et semper patinet, ut merito deus caeli crederet: & sic uidit Abraā diē Chīri, & gauisus est; Ineffabili nanci gaudio potuit exultare, qñ eū de stirpe sua praeuidit nascitur, per quem non solū ipse saluaretur, sed etiā totus mūdus redimetur, & impleretur promissio domini ad cū dicentis: **I**n semine tuo benedicentur oēs gentes. Siue aliter: Abraā diem Christi uidit, & gauisus est, qñ in figura sanctæ trinitatis tres angelos medie hospitio suscepit. Tres enim uidit, & unū adorat. **Gene. 18.** ut, qā in trinitate unitatē creditit. Ibi ergo personā Christi intellexit, & tunc diem eius uidit, & gauisus est. Vnde ipsa scriptura statim subiunxit, dicens: **C**redidit Abraam deo, & reputatum est illi ad iustitiā. Et quia sāpe prefati, perfidi Iudæi profundū diuinitatis mysteriū penetrare nequibant, in erate humanitatis cæcis mētibus oberrabāt, dicentes: **Q**uinquaginta annos nondum habes, & Abraā vidisti: Quia uiderūt Iudæi dñm Iesum Chīm hōiem, nō cōsiderabant deum esse coniunctū, ad humanitatē rātum respiciētes, ideo dicebat nondū eum quinquaginta annos habere. Et qm̄ dñs Iesus Christus uerus deus, si ne initio, & sine fine ubiq; præsens est, ante quinquaginta annos Abraam uiderat, & uidebat. Sed ille, q' minus q' quinquaginta annos p' humanitatē habebat, ut ostēderet se ante omnia secula per diuinitatem esse, adiunxit. **A**men amen dico vobis, ante quā Abraam fieret, ego sum. Vbi notandum, ut ostēderet se uerū deū esse, nō dixit, ego sui, sed ante quā Abraam fieret ego sum. Sum quippe præsentis temporis uerbum, nec præteritū, nec futurum sonat, sed semper præsens. Et ideo illi soli congruit, cui nec præterita transeunt, nec futura succedunt, sed semp̄ illi est

350

DOMINICA V.

esse, æternum & incōmutabilem permanere. Vnde
quærti Moysi, Si dixerint mihi filii Israel, quod est
nomen tuum, quid dicam eis, respondit: Hæc dies fi-
lii Israhel, Ego sum qui sum. Qui est, misit me ad uos.
Nec solū ante Abraā est, sed etiā ante om̄e initium,
sicut ipse ait: Ego principium, qui & loquor uobis,
Cui in laude sapientiæ dicit: Dñs possedit me initio
uiarum suar̄. Et iterū: Ego ex ore altissimi prodiui.
Postquam autē à dñō se superatos esse uiderūt, ita ut
uerba uerbis opponere non posserent, felle inuidiæ cō-
moti, lapidibus eū necare conati sunt. Vñ & subdit:

Exodi. 8.

Johan. 8

Prove. 8

Ecli. 1.4

Malq. 4.8.

Jezech. 11.



saxorum soliditate duri erant, qm̄ dñm Iesum Chri-
stum dei filium, qui per cor prophetas eis fuerat p-
missus, miracula faciētem, prædicantem, & operantē,
sicut scriptum habebant, præsentialiter uidebant, &
non recognoscabant, sed lapidare uolebāt. Et qnō
uenerat p̄te, sed humilitate hostes suos uincere, iu-
re subditur: Iesu sūtē abscondit se, & exiit de
templo. Vñ ludatis à quibus se abscondit. Abscon-

dit enim se ab aspectibus eorum corpore, qui non merebantur eum uidere mente. Non enim dominus auctor manus persequetur se abscondit, ut mori timeret, qui pro nobis mori uenerat, sed humilitatis gratia, ut congruo tempore congruam mortem susciperet, uidelicet crucis. Dignum namque erat, ut quia primus homo per lignum ueritatum ceciderat, per lignum sanctae crucis restauraretur, quod in sequentibus manifestius habetur. Sed pulchre utraque deuina natura in fine huius lectionis, diuina scilicet & humana, nobis demonstratur, si haec cum altera conferamus. Legimus enim quia cum ducerent eum usque ad superciliū montis, super quem ciuitas eorum aedificata erat, & inde eum precipitarent, ipse transiens per medium illorum ibat. Et in eodem Iohanne, Quia cum misserent principes & sacerdotes milites, qui eum comprehendenderent, Iesus processit obuiam illis, & interrogauit eos: Quem queritis? At illi responderunt, Iesum Nazarenum. Ait illis, Ego sum. Statim ut dixit, ego sum, abiuerunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Quasi ergo homo ab oculis lapidantium se abscondit, sed quasi deus per medium persequetur transiuit, & inimicos prostrauit suos. Qui enim solo uerbo inimicos prostrauit, deus est. Qui autem corporaliter, ut homo inter alios homines se abscondit, homo uerus erat.

Johan. 18.

SOFERIA SECUNDA

post Iudica. Iohan. VII.

In illo tempore Miserunt principes & pharisæi ministros, ut apprehenderent Iesum. Et reliqua,